



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](#)

mitto quædam iam vulgaria, ut quod in Indijs sepultarum cum maritis vxorum animas mentiuntur, ut sic persuadeant has coniugi suo conuiuere, quæ sponte illis commoriuntur: quod non uno loco testatur Pet. Chieza, part. I. Hysto. Perun.

Visis spectrorum generibus, quæri poterat: quo illa pacto repellit & vinci queant; sed quia decisio communis est omnibus malis, quæ per dæmones inferuntur, ideo de hac re diffundendum mihi putavi, quæstione de remediis contra maleficia, huius operis libro ultimo. Quo pacto dæmones apparere sic queant, nunc accuratius inuestigemus, quam quæstionem indecisam reliquit D. Augustin. Enchirid. ad Lauren. cap. 59.

QVÆSTIO XXVIII.

Quomodo posset demon se corporeis oculis, cum sit incorporeus, visibilem præbere?

A Onstat non posse corporaliter, nisi assumpto corpore. Certum enim est dictum B. Ignatij, epist. ad Smyrnens. incorporea videri à corporeis non posse, quia incorporeorum nec species, nec figura est, aut particula animalis ullius formam habentis, ob naturam, quam habent simplicem. Constat etiam eos corpus vel ex elementis sibi coaptare, vel subingredi & assumere cadauer de utroque modo, quæ dicenda hucusque distuli, repræsentabo liberaliter. Dixi (corporaliter) nam phantastice possunt apparere, turbata phantasiæ.

SECTIO I.

A Liquando igitur cadauer aliquod assumunt humanum vel ferinum,

& illud mouent ac impellunt motu non vitali, sed localitatum, sicut aërem possunt impellere, & hoc corpus, præsertim nondum valde dissolutum, puto, si Deus permittat, posse illos ita attemperare, ut sensum tactus omnino fallant. Nec video quidquam ab homine docto ac pio, in medium allatum, quod me ab hac sententia deducat. Imprimis quod ex D. Luca a, proponitur dictum Domini, quo se vera corporatum, & non phantasticum spiritum esse probabat, *Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere:* id ad rem non multum facit, certe non urget. Solum enim Dominus probare voluit, posse illos cœtu sentire & dijudicare, visuē nō decipi, corpus enim ipsum habere, verū, quia tangibile; & proinde nudū phantasma & fictio corpore induitū nō esse. Nulla vero hic erat cogitatio, de cadaueri assumpto. Hoc enim carnem & ossa habere manifestū est, quo argumento Christus probat, se spiritū non esse: Quod illi existimabat, quia videbat ianuis clausis ingressū, quod corporeæ rei repugnabat, tam viuæ, quā mortuæ. Et quia, palpatione tantū poterant corpus esse, cognoscere, non vero, cuius esset corpus: ideo iubet etiam oculorum ut sensu & videre (nam propriæ vox sumenda, ut textus indicat) manus & pedes: ex quorum vulneribus reliquis, certo deprehenderent ipsum illū esse, qui triduo ante fuerat crucifixus b. Ex quibus patet verba Domini veram certamque sententiam habere, etiam si corpus dicere mus à dæmoni assumptū, sic ab eo temperari posse, ut tactus sensum fallat. Quid, quælo? nonne dæmon longe admirabiliora efficit quotidie, quam, sint simulare carnis molliciem, osis duritiem, temorem ac suauem calorem, qui corporis attractu

a.c.vi.v.
39.

B dictum Domini, quo se vera corporatum, & non phantasticum spiritum esse probabat, *Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere:* id ad rem non multum facit, certe non urget. Solum enim Dominus probare voluit, posse illos cœtu sentire & dijudicare, visuē nō decipi, corpus enim ipsum habere, verū, quia tangibile; & proinde nudū phantasma & fictio corpore induitū nō esse. Nulla vero hic erat cogitatio, de cadaueri assumpto. Hoc enim carnem & ossa habere manifestū est, quo argumento Christus probat, se spiritū non esse: Quod illi existimabat, quia videbat ianuis clausis ingressū, quod corporeæ rei repugnabat, tam viuæ, quā mortuæ. Et quia, palpatione tantū poterant corpus esse, cognoscere, non vero, cuius esset corpus: ideo iubet etiam oculorum ut sensu & videre (nam propriæ vox sumenda, ut textus indicat) manus & pedes: ex quorum vulneribus reliquis, certo deprehenderent ipsum illū esse, qui triduo ante fuerat crucifixus b. Ex quibus patet verba Domini veram certamque sententiam habere, etiam si corpus dicere mus à dæmoni assumptū,

b Sic opri
me Jean.
Malboib.

C dictum Domini, quo se vera corporatum, & non phantasticum spiritum esse probabat, *Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere:* id ad rem non multum facit, certe non urget. Solum enim Dominus probare voluit, posse illos cœtu sentire & dijudicare, visuē nō decipi, corpus enim ipsum habere, verū, quia tangibile; & proinde nudū phantasma & fictio corpore induitū nō esse. Nulla vero hic erat cogitatio, de cadaueri assumpto. Hoc enim carnem & ossa habere manifestū est, quo argumento Christus probat, se spiritū non esse: Quod illi existimabat, quia videbat ianuis clausis ingressū, quod corporeæ rei repugnabat, tam viuæ, quā mortuæ. Et quia, palpatione tantū poterant corpus esse, cognoscere, non vero, cuius esset corpus: ideo iubet etiam oculorum ut sensu & videre (nam propriæ vox sumenda, ut textus indicat) manus & pedes: ex quorum vulneribus reliquis, certo deprehenderent ipsum illū esse, qui triduo ante fuerat crucifixus b. Ex quibus patet verba Domini veram certamque sententiam habere, etiam si corpus dicere mus à dæmoni assumptū,

Pp 2 percipi-

percipitur, & cæteras tangendi qualitates? Dico has eum simulare posse, nō dico veras exhibere posse, vera illa & vitalia, sunt corporis viui, & ab anima informante procedunt: simulata, & proxime adumbrantia non requirunt animam informantem, & à substantia intellectuali, (eatenus ut externo sentienti talia appareant,) poterunt perfici: Quod adserit de cadavere hominis recenter mortui, in eo eriam adhuc calido deprehendi, deesse qualitates illas suauis ac vitalis teporis, facilitatē mouendorum membrorum, & pro mollicitate rigorem quendam successisse: id totum concedimus. Negamus autem, quod inde ad cadavera per malignum spiritū assumpta argumentantur. Esto illic eadem sit corporis substantia, quæ & hic adest, esto adsint qualitates plures eadem, vt pote calor ille residuus. Tamen adhuc deest huic cadaveri non assumpto, quod simulet illa reliqua quæ diximus. At in nostra visione, dæmon inest cadaveri, cuncta illa simulā. Minus est adibare simulare, quam vere efficere. Quare nec illud sequetur, non potest corpus adhuc calidum illa per se solum præstare atque efficerre, ergo nequit dæmon in cadavere assumpto illa eadem tam callide & artificiose simulare, vt tacitū fallat. Cur, qui sensum principem (nempe visum) potest decipere, non queat tactum, sensum maxime terrestrem, & vilissimum, minimeque spiritualēm? Quod vero quidam hæc cadavera adsumpta, vt & aerea corpora formata, deprehēderint esse tacita frigidā & horrida, vt illi apud Alexand. Genial. dier. li. 2. cap. 9. & apud Cardanum, lib. 16. de rer. varietat, cap. 93, & alij, de quibus postea: id inde prouenit, quia vel dæmon teponem illum non vult adumbrare, vel quia non permittitur id à Deo fa-

A cere: quo sensu etiam accipiendum, quod refert Caietanus c, cuidam de hoc frigore & horrore corporis querenti, dæmonem respondisse, se non posse melius facere, videlicet, Deo obſiſtente, vel ſaltem non concedente. Si quis exemplarē requirat harum apparitionum, legere poterit apud Guilhel. Parisiēm,

cin. 1.1.
95. art. 3.

P. vlt. de vniuerso, aliquando assumptō bestiæ cadavere deluſſe militem: qui cum putaret ſe formosa portum virgine, inuenit ſe in amplexu cadaveris belluini tabe ſoluti, fætid ſimile in centrum. De Polycriti apparitione, & ſpetro filium deuorante, iam ſcripſimus non vno loco. Fabulæ ſimile videtur, quod Phlegon a retulit, ille tamen occultata ſe fide Trallis teſtatur cognouifſe. rem ſic narrat, vt utar compendio: Philinnum: Damolatri hospitie, & Charitus filia, Machatēm hospitem amare ceperit, indigne id ferentibus parentibus, mærorē mortua, & publicè fuit funerata.

D Sexto post obitum mense, cum eo reuerſiſſet Maebates, ingressa ad illum Philinnum hospiti ſe, poſt longa colloquia commiſſiuit, non ſemel illo refferti, quo, & cum eo coenam ſumpſit, & annulum ferreum & pulchrum in auratum à Machate dono accepit, ipſi viſiſum annulum aureum & faciem praetoralem dedit. Matrī, dum pergit ſedula, ne quid hospiti deſit, ſatagere, vider cum eo in lectulo ſacentem alumam. Lataparentibus id indicat. Illi ſtupentes accurrunt & altero die virumque deprehendunt, & cum ciuitatu, dormient ē, cum hospite filium amplectuntur. Sed torus in eos intuens Philinnum, o vos crudeles (ait), infiltram parentes! ergo vos inuidiſſe mihi meo Maebatas, paterna in domo vel triduum ſolidum ſyri! Magno robo dolore hæc, ſue curioſitas, ſue duritia habit. Renouabit dolores preteritos, & filiam iterato ſepelietu. His dictis, expallunt & concidunt

cadaver

b. antiqu.
D. si pars
hæc. p.
e cont.
Cell. &
tracta. 19.
in Mat.

cadauer mortuo iterum simile, seu potius (vt erat) mortuum. Concidere simul oppressi marore parens uterque. Re populus & magistratus intell. ita, iubent sepulchrum aperi: vacuum id corpore repertum: Erant in eo duntaxat annulus ferreus, & scyphus auratus, dona Machatae: sed in cubiculo & lectulo, inuenientur cadauer Philippi, & Helli cuiusdam auguri consilio, ut prodigum, electum extra urbis limites, autibus ac feris duorandum. Ipse Machates, a spectro videns se delusum, sibi paulo post manus, ignoranti non ferens, consicut. Haec à Phlegonte, cuius auctoritate & Iurisconsultus Paulus b. & Origenes c, ad probandum Eclyplim, que Christo accidit moriente, vuntur. In historia quoque Lao-dunensis energumenæ. Nic. de Obry, legimus Diabolum Baltazum, assumpto suspendio si corpore, conatum abire, ab ea exorcistam.

Agrippæ facinus non absimile habens infra q. 29. sect. 1. addam nunc, quæ de eadem re Cæsarius Monachus Eisterbacensis, libr. 12. Miracul. cap. 3. scribit: siusdam Principis Germani mortui corpus integro priusquam sepeliretur anno, dæmonem in gestasse, & ita rexisse, quasi illud vegetaret (ita namque intelligentiam quod icribit; spiritum illud loco anima vegetatissimum) non enim potuit informando, nea in essentiam eius illabendo; sed duntaxat ut in loco existens vitales eius actiones per illud imitando: ut docet multis Tostatus, in Exod. c. 7. q. 13. cum seqq. Subdit Cæsarius finilia legi in vita S. Patricij Hibernorum Apostoli, de quodam homine, in cuius corpore multis annis Diabolus habitans pro anima, ad nutum viri sancti tandem exiuit corpus vero corruuit, & in puluerem redactum fuit. Et, cap. 4. clericus (scribit): quidam adeo dulcem vocem habebat, ut audire eu-

A deliciae putarentur: donec religiosus quidam vir superueniens monuit hominis vocem non esse, sed diaboli; dæmonemque adiurauit: quo discedente, cadauer corruuit planissime factens.

Denique multæ falsæ resurrectiones gentilium huc sunt referenda: & constat cum sagis. ut plurimum induito cadauere diabolum sive incubum, sive succubum, rem habere; unde & in hoc genere hominum, cadauerosus quidam factor graueolentia, cernitur.

SECTIO II.

A LIQVANDO sibi, elementare corpus diabolus circumdat, idque efformatum qualiter industria, unit sibi non aliter; quam motori intus existenti corpus mobile & inanimu unitur. An possit ex solo aere materia desumere, quidam ambigo, & puto, sic aerem condensari non posse solu, ut quid solidum exhibeat: sed sive possit, sive non possit; solet quod facilis, partes aeri (quo maximam partem vtitur) commiscere terreas, & aquas, nubiū, vaporum, exhalationē, ut & colores faciliter hac mixtione exprimat, & faciliter membrana conglutinet, & condenser; quam sententia Lud. Molinae est, & antiquiorum, nec argumentum, quo quidam vntuntur ad probandum solo ex aeris elemento corpus assumere, nos stringit; cum tantum prober, eos ab aere partem potissimum mutuari. Hinc alij censem corpus hoc tale fore nuaquam, ut nequeat tactu deprehendi, verum corpus non esse. Sed rationes, hac ipsa questione discussi Christi Domini dicuntur, ostendi alium habere sensum, quam ipsi arbitrati. Addo, quod in libro Genesis legimus g de Angelis Abrahamo apparentib. quorū pedes abluti, nec deprehensi taciti, id ab ipsis eludi po-

B.

dvide Mo
lin. 1. p. q.
si. artic. 2.
disp. 2.
e. Anglez.
in 2. d. 8. q.
2. diffic. 8.

f Luc. vi.
v. 39.
g Gen. 19.

C D E